

Co. 83
BIBLIOTHECA
DE
SALAMANCA

DISSERTATIO
DE CAUSIS
MAIORIBUS
AD CAPUT
CONCORDATORUM
DE CAUSIS.

Authore IOANNE GERBAIS *Doctore*
Parisiensi, Socio Sorbonico, Regio
Eloquentia Professore.



LUGDUNI,
Apud JACOBUM CANIER.

M. DC. LXXXV.
CUM PRIVILEGIO REGIS.



ILLUSTRISSIMIS
ECCLESIAE GALLICANÆ
ANTISTITIBUS.



UOD opus imperio vestro ad-
ornatum est, ANTISTITES
ILLUSTRISSIMI, quod,
augustissimo referente Archipra-
sule, suffragiis vestris approba-
tum, quod prudenti cœtus vestri
consilio ad tempus sepositum & reconditum; illud
ecce tandem in lucem prodit, eodemque vestro
favore publicum ornari ambit, quo, dum secre-
tum erat, inglorium non fuit. Scilicet enim ob-
scurum esse illud haudquaquam passi estis, dum
latuit, GLORIOSISSIMI ANTISTI-
TES; sed, quæ vestra benignitas fuit, ejus au-
tem laus summa, in ipso illo tabulario repositum
voluistis, ubi monumenta, quæ antiquissima sunt



DISSERTATIO
DE CAUSIS MAJORIBUS
AD CAPUT CONCORDATORUM
DE CAUSIS.

ARTICULUS I.

*Quanam Cause Majores dicantur? Et varie illarum
accepciones.*

SYNOPSIS.

- I. **P**AUCI assequuntur quid sibi velit nomen Causarum Majorum.
- II. Innocentius I. Causarum Majorum mentionem primus fecit, easque statuit ad Sedem Apostolicam post Episcopale judicium referendas. Tria Majorum Causarum genera subindicat idem Pontifex; causas nempe fidei, causas discipline ancipitis, & negotia graviora Episcoporum.
- III. Qui secuti sunt Pontifices ad usque Leonem IX. ab Innocentio I. vix dissentiunt: quanquam non ita disertè omnes locuti sunt, maximè verò Nicolaus I. qui fictis veterum Pontificum Epistolis, quæ paulò antè vulgata erant, moveri tantisper cepit.

APPENDIX

Insignia quatuor monumenta, quibus Ecclesiæ Gallicanæ libertas, in retinenda antiqua Episcopaliū iudiciorum forma, confirmatur.

Monumenta illa sunt :

- I. **E**PISTOLA Caroli Calvi ad Hadrianum Pontificem, de causa Hincmari Laudunensis.
- II. Rescriptum Concilii Duziacensis ad eundem Pontificem, de eodem negotio.
- III. Epistola Caroli Calvi ad Joannem VIII. de iudiciis & Appellationibus Episcoporum ac Presbyterorum Ecclesiæ Gallicanæ ad Sedem Apostolicam.
- IV. Apologia Concilii Remensis à Gerberto conscripta.

De hisce monumentis injecta est mentio in contextu dissertationis.

De Epistola quidem Caroli Calvi ad Hadrianum, & de Rescripto Concilii Duziacensis ad eundem Pontificem, agendo de causa Hincmari Laudunensis. pag. 243.

De Epistola Caroli Calvi ad Joannem VIII. occasione iudiciorum à Ioanne audaciùs paulò usurpatorum in Galliis. pag. 245.

De Apologia autem Concilii Remensis, ubi de causa Arnulphi Remensis. pag. 257.

Exscribenda verò hæc duxi integra instar appendicis, tum quia non sic obvia sunt alibi omnibus, tum quia ad confirmationem eorum, quæ de Episcoporum iudiciis scripsi, aptissima visa sunt atque utilissima.

Imo verò tametsi hætenùs planè siluissem, loquerenturque solummodò quatuor isthac monumenta egregia, vinceret profectò Ecclesiæ Gallicanæ libertas, quæ parte, vetustis innixa Canonibus, antiquam iudiciorum Episcopaliū normam tuetur ac propugnat. Habes enim in istis veluti armamentaria quatuor, in